ordinem, sicut Conversi dicti loci faciunt, poterunt tn̄ ibid loqui de necessa-
riis quantum necesse est.

7. Rumores et nova quae extra Monrium audierint, aut viderant, non praesumant aliis referre, quia maxima destructio est.

8. Curis et affectiones saeculares ac visitones propinquorum et amicorum suorum Saecularium, Fratribus Conversis penitus interdictum, et fas illis non erit mercenarios illos conducere sine lītia Praesidis vel Cellerarij.

Cum extra Claustrum fuerint, ita se componant Conversi, ut luceat lux eorum coram hoībus, quatenus videntes eorum modestiam, glorificent Deum, et aedificentur.

De laboribus et operibus Conversorum. Cap. IX.

Indifferentes erunt semper singuli Conversi, ad imperata sibi prompto animo facienda, sive ea iniuncta fuerint à Praeside sive à Magrō. In officijs tamen et exercitiis abiectis et humilibus promptius ea facient, à quibus magis abhorrent. Quae ideo sibi iniuncta sciant, ut in eis se exerceant, et plurimum Spūali profectui prodesse existiment, si ea munera devotè obeant, in quibus magis exercetur humilitas et Charitas.

Conversi in festis transpositis laborabunt, nisi in eisdem Saeculares ab operibus abstinerent.

Nihil singulare operentur sine licentia Superiorum. Licet enim multa sint et diversa quae observanda sunt, uno tn̄ et solo obedīæ bono, cuncta sibi fructuosa futura sperent.

De poena Inobedientiae et graviori culpa Conversorum. Caput X.

1 Conversus qui cuilibet ex Praesidentibus sive Magris sibi deputatis, inobediens fuerit, in Caplō accipiat disciplinam, et tribus diebus humi resideat coram Conventu Monachorum, et comedat sine mappa.

2. Quicunque Conversorum laborem sibi iniunctum adimplere noluerit, acrior ei accedat correctio, ut nimirum usque ad congruam emendationem, pane vescatur grossiori, et principalis ferculis careat, et disciplina regulari singulis septimanis semel vapulet.

3. Si Magr̄ vel Cellerarius aliquem Conversum reprehenderit, statim Conversus veniam accipiat, et si culpa exigit, è vestigio cerevisia et ferculo aliquo, eum privet. Inobedientes verò, aut perversè obedientes graviori poena dignos Praesidi denunciet, qui eos puniat iuxta gravitatem culpae iciunijs, disciplina regulari, vel carcere.

4 Si quis

444

nas sibi refectiones praeparare; si vero extra refectorium cogantur aliquid sumere propter opera, vel aliam necessitatem faciant id cu[m] licentia Praesidis vel Magri sui.

9. Quando Superior vel Cellerarius comedit solus, vel cum hospitibus, nullus se ingerat invitatum ad eos, nisi qui fuerit ad servien[dum] deputati, vel nominatim vocati, in itinere tamen possunt cum illis comedere, si concesserint.

10. Nullus Conversorum in culina comedat, nisi coquinarij et adiutores eorum, nec hi sine licentia Superioris quando ad 2.[am] mensam non possunt ob occupationes occurrere. Nullus etiam praeter praedictos ibi bibat, nec intret culinam, nisi vocatus à Superiore vel Cellerario.

11. Conversi o[mn]es qui in praediis extra Mon[aste]rium habitant, et laborant, iuxta Monasteriorum pristinam consuetudinem comedant, vel ieiunent, prout tempus et conditio postulaverit.

De vestitu lectis et itinere Conversorum. Cap. VIII.

1. Vestitus Conversorum est: Cappa, tunica, caligae, scapulare cooperientis scapulas atq[ue] pectus, licet autem Conversis plures habere tunicas si Praesidi visum fuerit.

2. Vestes quibus Conversi utuntur, non sint strictae vel nimis curtae, vel longae vel aliquo modo curiosae sed qualibus uti possunt cum Ord[ini]s honestate.

3. Si Praeses inordinatum mantellum vel cappam ab aliquo supernumer[ario] Converso, portari deprehenderit, illa retineat, et qui talibus usus fuerit, per annum mantello vel cappa careat, et in Capitulo poenitentiam accipiat.

4. Quotiescunq[ue] ingrediuntur Conversi dormitorium suum, ponant capitia in capitibus suis, sine capitio absq[ue] licentia Magri sui nunquam loquantur cum aliquo, nisi sub labore, neq[ue] veniant sine capitio ad Conventum Monachorum vel hinc inde obambulent.

5. Quisq[ue] Conversorum si fieri potest, suum habeat Cubiculum in dormitorio Conversorum in eorum lectum sicut et Monachi. In eodem tamen dormitorio, sicut etiam in cubiculis suis, lumine privato non utantur excepto lampade co[mmun]i, in medio dormitorio suo pendente, nisi necessitas exegerit, et licentia Praesidis vel Magri permiserit.

6. Conversi qui pro necessitate domus, in qua habitant, exire videntur in itinere constituti modeste se gerant, et loquantur: diligenterq[ue] et expedite negotia pro quibus emissi sunt exequantur: alienis vero negotiis sine licentia Superioris nequaquam se immisceant. Venientes autem ad Mon[aste]rium Ord[ini]s n[ost]ri, per o[mn]ia teneant

ordi-